

N. h. II, 162.
h. 43, 15.

X 187 9307

II k
2780

DISSERTATIO POLITICA
DE
PRÆROGATIVA
PRIMOGENITI

QVOAD SUCCESSIONEM,

Quam
DEO FELICITER ANNUENTE,
In Celeberrima VVittenberg. Academia,

sub Moderamine

VIRI

Præclarissimi,

DN. M. JOHANNIS JOACHIMI

ZENTGRAFII,

Argentoratensis,

Fautoris, & Studiorum suorum Promotoris,

Publicæ Eruditorum collationi proponit

AUTOR

CHRISTIANUS WIEGNERUS,

DRESDENSIS.

IN AUDITORIO VETERI

d. 3. Octobr. hor. matut.

WITTEBERGÆ

Typis JOHANNIS BORCKARDI, Acad. Typogr. 1668.

B. 14.



218.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)





I. N. J.



Ladinus Osman secundo geni-

tus *Turcarum* Imperatoris, cum à fratre *Urbane*, ut Imperium in se suscipere, rogaretur, nequit hoc fieri, respondit, quoniam Tibi regium jus, dignitasq; tribuitur, qui & frater natus major, & patris mihi sis loco. (a) Hæc Primogeniti prærogativa an solido aliquo fundamento nitatur meritò dispicitur, quodnam v. sit, non adeò inter omnes constat. Visum hinc fuit de ea aliquam Dissertationem instituere. DEUS adsit!

(a) Leon-
clav. lib.
4. Hist.
Muselm.

§. I. Primogenitus, de cujus circa successionem prærogativa acturi sumus, ille audit; qui primo loco natus, seu ante acquisitum à patre regnum, seu post illud; seu adhuc alius, seu nullus post eum natus fuerit. (b) Undè non talis præcisè vocatur, qui inter multos ordine primus, sed ante quem nullus est genitus. Vocatur sanè Christus *πρωτότοκος* *Marie*, (c) etsi nullum fratrem habuerit. Si verò geminus sit partus, exemplo *Romuli & Remi* apud Liv. (d) ille pro primogenitò habendus erit, qui primus ex utero prodiit; patet hoc exemplo *Esavi & Jacobi*: Etsi enim hic fratris exitum occupantis plantam teneret, tamen *Esavus* primogenitus fuit, ut ex *Gen.* (e) constat. Neq; enim, inquit, *Tryphonius* *Jctus*, natura permittit, simul uno impetu duos infantes de utero matris excedere, ut de ordine nascentium non appareat. (f) Potest tñ. alio casu accidere, ut, inter duos quis Primogenitò censerì debeat, valdè difficile sit, v. c. si ex secto utero matris in lucè venirent. Quomodo *Spartani*, *Ægina* *Aristodemi* regis uxore, quina ex filiis primogenitus esset, dissimulante, cognoverint, tradit *Herod.* (g) Et hic est Primogenitò natura, què ita vocare solent ad differentiam ejus, quem *Juris primogenitū* appellat. Vocant a. J. Primogenitū, qui primogenitò nature pro-

(b) Excel-
lentiss. Dn.
D. Wende-
lerus no-
ter Po-
lit. sect. 1. c.
iv. n. 6.

(c) *Matt.*
1. v. ult.

(d) *Lib* 1.
c. 4.

(e) c. 25.

(f) *Tholos.*
lib. 7. c. 5.
n. 16.

(g) *Lib*, 6.
prior Hist.



(b) *Cellar. prior, ipso deficiente ejus locū occupat; quo sensu is, qui postremo natus est, Pol. p. 128. primogenitus dici potest, ubi scilicet fratres primum lucem editi fato defun-*
 (i) *in cap. Eri, aut ob evidentissimā rationē ad regnū capessendum minimè ido-*
 ii. *Exod. nei.* (h) *Hæc nominis hujus acceptione explicare conatur Cajet.*
 (k) *Lib. 40. (i) quomodo in quālibet domo in Ægypto Primogenitus fuerit, scilicet*
 c. 9. *appellatione primogeniti apud homines intelligi non solum e-*
 (l) *Lib. 7. um, qui primus natus est, sed etiam eum, qui primogenito mor-*
 p. 372. *tuo succedit in Juribus primogeniti.*
 (m) *Lib. 16. §. 2. Inter alias hujus Primogeniti, hæc quoque prærogativa est,*
 c. 2. *quod reliquis suis fratribus exclusis, nisi gravissimi momenti*
 (n) *Deut. obstet ratio, in regno in locum parentis succedat. Adeo hic mos*
 21. v. 15. *seq. apud omnes Gentes invaluit, ut à multis J. Gentium esse habi-*
 (o) *Cap. tus fuerit. Ita apud Livium (k) Perseus contra Demetrium fratrem*
 25. *vers. 31. minorem, pro successione suā, adducit Jus Gentium. Artabazanes*
 (p) *Com. apud Herod. [l] apud universos homines institutum esse, ait, ut ma-*
 ment. *in ximus natus liberorum obtineat principatum. Unde Justinus (m)*
Pentat. ad Ptolemeum CONTRA JUS GENTIUM minimo natu ex filiis regnum
 l. c. *tradidisse, dicit; similia apud alios reperiuntur. Potestque Consv-*
 (q) *adl. cit. tudo hæc multarum, etiam barbararum, Gentium inductione*
 (r) *probari.*
 de *Christ §. 3. In gente sanè ISRAELITICA maximus honor erat Primogeni-*
 nascent. *turæ, de quo Lex divina, (n) colligiturque; ex Genesi (o) ubi Jaco-*
 (s) *tract, bus ita ad Esavum fratrem, vende, inquit, mibi primogenituram.*
 de *Pri- Non sanè Jacobus hanc dignitatem expetivisset, nec Esavum adeo*
 mog. c. 4. *facti poenituisse, nisi maximi momenti rei jacturam se fecisse*
 (t) *de Ma- cogitasset. Variant equidem Bonfrer. (p) Corn. à Lap. (q) Drexel. (r)*
 jor. l. 3. c. 5. *Varenius (s) Goldast. (t) & alii, in enarrandis juribus primogeni-*
 (u) *diff. de turæ; Recepta tamen est opinio, ante legem primogenitos fuisse*
Prim. §. 11. successores sacerdotii in familiis, quod non solum, teste Clar.
 (x) *de Rel. Frischmuth/ (u) certatim Rabbini, sed etiam ex Capucinis Bolduc-*
 ab *Orig. cus, (x) & Jesuitæ tradunt. Fuerunt insuper tam ante legem, quam*
Mund. l. 3. sub lege, DEO sacri, habuerunt in suis familiis proximam à pa-
 c. 8. *tre auctoritatem, & in divisione hæreditatis paternæ duplicem*
 (y) *cap. 21 accipiebant portionem, ut ex Deut. (y) patet, & Josepho (z)*
 vers. 17. *§. 4. Apud ÆGYPTIOS etiam suā gaudebat prærogativâ Pri-*
 (z) *lib. 4. moge-*
 Antiq. c. 8.

mogentus, & jam antiquissimis temporibus Regis primogent-
 tus succedebat in regno defuncto parenti, ut ex *Exod.* (a) pa. (a) c. 12.
 tet. Quod enim Primogenitus ille *super solium Pharaonis sedere* vers. 29.
 dicitur, intelligendum est, iudicio Rivet. (b) *de Jure successionis*, (b) *Comen-*
qui sedet, i.e. qui sedere debet, & patri succedere. Obtinuit consue- in l. c.
 tudo hæc adhuc temporibus *Ptolemaorum*; licet enim *Ptolemeus*
Lagus minimo natu ex filiis regnum tradidisset, id tamen CON-
 TRA JUS GENTIUM factum esse, hujus rei, tanquam inusitata, ra-
 tionem populo Regem reddidisse, auctor est *Just.* (c) Unde etiam, [c] *Lib. 16*
 cum post mortem *Ptolemai Physconis*, mater *Cleopatra* in mino- c. 2.
 rem filium pronior esset, à populo tamen compulsata fuit majo-
 rem eligere. *Just.* (d) (d) *Lib. 39.*

§. 5. PERSIS idem jus fuisse receptum, docet contentio inter c. 3.
Artemenem & Xerxem, ex quibus ille, tanquam maximus natu,
 ætatis privilegio regnum sibi vindicabat, quod jus & ordo nas-
 cendi, & natura ipsa Gentibus dedit. Conf. *Herod.* (d) quod & in (d) *L. 7. p*
 subsequentibus obtinuit temporibus, ut ex *Protop.* (e) co. 372.
 gnoscas, qui etiam *Lege Persarum majorem natu ad regnum vo-* e) *Lib. 1. de*
cari testatur, imò hodiè adhuc observatur teste *Oleario.* (f) Apud *Bello Pers.*
PARTHOS quoq; more Gentis, maximū filiorū successisse, testatur (f) *Itin. O-*
Just. (g) De *SYRIS & ASIATIS* ex *Historiis* idem probat *Arnis.* (h) *rient.*

§. 6. Hanc prærogativam circa successionem etiam primo- (g) *L. 41.*
 genitus apud *MACEDONES* habuit. Ut plura exempla mittamus, b) *Rel. Pol.*
 gravissimè sanè & solidè *Perseus*, coram patre *PHILIPPO* Macedo- l. 2. c. 2. p.
 num Rege, contra fratrem *Demetrium*, jus in regno succedendi 276.
 ita it vindicatum: *Frater, regnare utiq; vis, huic spei tua obstat æ-*
tas mea, obstat Gentium Jus, obstat vetustus Macedonia mos. (i) Sic (i) *Liv. 40.*
 apud *ALLOBROGES*, *GALLICAM* gentē, regni certamine ambigebant c. 9.
fratres, major qui prius imperitarat, Brancus nomine, minore à fra-
tre, & cætu juniorum, qui jure minus, vi plus poterat, pellebatur. Hujus
seditionis peropportuna disceptatio, quum ad Annibalem rejecta es-
set, (qui tunc temporis propè eos in expeditionibus bellicis mi-
 grabat) *arbiter Regni factus, Imperium Majori restituit.* (k) In *SICI-* (k) *Liv. 1.*
LIA quoq; extincto *Dionysio Tyranno*, à militibus filius natu ma- 21. c. 31.
 ximus in ejus locum successit. (l) Plura possent adduci, si opus (l) *Iust. L.*
 foret Testimonio, sed res clara est. §. 7. 21. c. 11.

ft,
 u-
 o-
 et.
 il.
 e-
 r-
 ft,
 uti
 os
 bi-
 em
 nes
 na-
 m)
 um
 ve-
 one
 ni-
 co-
 am.
 deò
 isse
 l. (r)
 ni-
 isse
 lar.
 duc-
 vām
 pa-
 cem
 Pri-
 oge-

§. 7. 'Consuetudinem hanc etiam complura, quæ hodiè in Orbe florent, Imperia, Regna & Principatus observant. Ita nostra GERMANIA. Prima inter Germanos Principes Primogenituræ mentio fit apud *Avent.* (m) ubi tempore Ottonis M. Eber-

(m) l. 4. *Annal. Boj*

(n) A. B. *Car. IV.*

c. 7.

(o) Teu-
tscher
Fürsten
Stat

part. 2. c. 2. p. 23.

(p) Rein-
king de

Regim. sec.

Et Eccl. l. 1.

class. 4. c. 17. n. 30.

(q) Ib. p. 437.

(r) Springsf.
de Apan.
c. 3.

hardus statim post fata parentis, quod natu maximus erat, Principatum in Bojariâ occupavit, & exercuit, Arnulpho & Hermanno fratribus minoribus natu, & ipsis Imperium ambientibus. Postea *Constit. etiam Imper. lege, perpetuis temporibus valitura, receptum est, ut postquam Principes Electores sæculares, & eorum quilibet esse desierit, jus, vox, & potestas Electionis hujusmodi ad filium suum Primogenitum Laicū. Illo v. non extante, ad ejusdē primogenitū similiter Laicum, liberè & sine contradictione cujusdam devolvatur* (n)

Apud alios etiam Principes Primogenitum terrarum regimen, nulla facta divisione, in se recipere tradit *Generos. Dn. Vitus à Seckendorf.* (o) bey denen Teutschen weltlichen Fürstenthümern und Landen ist dieser mercklicher unterscheid wol in acht zu nehmen / das bey vielen / wen der Lands Herr etliche Söhne und Erben verläst / dennoch keine theilung vorgehet / noch die Regierung der Länder in gesambt behalten wird / sondern allezeit dem Erstgebohrnen allein zu kommt / der gestalt / daß er seine Brüder und deren Nachkommen entweder ein blosses Geld zum jährlichen unterhalt / oder etwas an Aemptern und Herschafften zu nutzen eingiebet &c. Exemplo sunt *Duces Bavaria, (p) Landgravii Hassia, (q) Duces Wirtenbergici, Slesvicenses, aliiq; (r)*

Apud alios etiam Principes Primogenitum terrarum regimen, nulla facta divisione, in se recipere tradit *Generos. Dn. Vitus à Seckendorf.* (o) bey denen Teutschen weltlichen Fürstenthümern

und Landen ist dieser mercklicher unterscheid wol in acht zu

nehmen / das bey vielen / wen der Lands Herr etliche Söhne

und Erben verläst / dennoch keine theilung vorgehet / noch

die Regierung der Länder in gesambt behalten wird / sondern

allezeit dem Erstgebohrnen allein zu kommt / der gestalt /

daß er seine Brüder und deren Nachkommen entweder ein

blosses Geld zum jährlichen unterhalt / oder etwas an

Aemptern und Herschafften zu nutzen eingiebet &c. Exem-

plo sunt *Duces Bavaria, (p) Landgravii Hassia, (q) Duces Wir-*

tenbergici, Slesvicenses, aliiq; (r)

§. 8. In Regno quoque GALLIÆ in defuncti regis locum succedit qui superest Primogenitus, non judicio Regis, d. Legis beneficio, ideò Primogenito à patre per Testamentum successio

(s) Hottö.

L. 2. de J. regni adimi nequit.

(s) putat equidem *Christinaeus* (t) Lege Sali-

Regn. Gal. ca jus hoc Primogenituræ esse introductum, d. fallitur, quia

lic. Leg. 1. ex Aimoino, Gaguino, Buffier. aliisque rerum Francicarum scripto-

(t) *Vol. 5.* rib9, non semel Francia regnum inter filios fuisse divisum cōstat. *Decis. Belg. decis. Jus Primogenituræ inter privatos ita obtinet, ut primogenitus assem*

allem hereditatis auferat, reliquisq; fratribus minoribus tam diu
alimenta subministrat, donec se ipsos alere queant. (u)

(u) *Betside de Paet.*

S. 9. SVECI etiam, ex quo post tempora Gustavi Erici reli-
ctâ Electione successionem introduxerunt, *et si se à Regibus Fã. Illust.*
suis non ludificare patiantur, (x) semper tamen reliquis fratribus Sprenger.
exclusis, Primogenitum sibi imperare voluerunt. Ita enim Gu. *Perisp. p.*
stavo successit Ericus, & quavis fratres postmodum ad regnandum, 1057.

(x) *Sprenger in Perisp.*

summam ob mentis impotentiam, incapaci imperium abrogave-
rint, (y) successit tamen frater natus proximus Johannes, cujus fi-
lium Sigismundum, Polonorum Regem factum, in patris locum
succedere passi sunt, nec prius ei, quam cum contra Regni pacta
peccasset, illisqve se subicere noilet, regnum abrogarunt, Caro-
lo Patro substituto (z) De aliis *Europa Regnis vide Arnif. (a)*

(y) *Chytra l. 22.*

(z) *De aliis Europa Regnis vide Arnif. (a)*

S. 10. APUD OTTOMANNOS idem Primogenituræ jus, nec sine par-
ricidio observatur, uti constat, *unicumq; hoc nonnullis Imperii*
Turcici fundamentum esse judicatur. (b)

(z) *Tbuan. l. 121.*

(b) *Rel. Pol. p. 285. & seqq.*

S. 11. In Africa quoque Reges ABYSSINORUM seu ÆTHIOPUM,
conservandæ integritatis regni gratia, ordinem ætatis atq; natu-
ræ secuti, regnum primo natorum, si imperii capax est, commit-
tunt, reliquos fratres & agnatos, ne ad regnum aspirent, libera-
liter quidem, in procul remoto atqve altissimo monte, ab
ANG AVOcato, qui multis operibus munitus, sed tamen velut
in carcere quodam alunt. (c)

(b) *Clapmar. l. 5.*

(c) *Alvaresio de Arc. Re. c. 5.*

S. 12. Gentium esse consuetudinem ostendimus, quod in RE-
GNO INDIVIDUO, & per successionem Electioni oppositam deferendo,
ut Nobilib. *Boecler. ad Grot (d)* loquitur, primogenitus, reliquis ex-
clusis, succedat. Nec malè hoc factum videtur, cum uni tantum
summa rerum committitur, quando quidem hoc ipso magis con-
servationi dignitatis, & Splendoris familiarum, tum etiam Rei-
publicæ, paci & tranquillitati subditorum consulatur (e) si univer-
sa Imperia, Regna, Principatus ad unum devolvantur, qui contra se per
divisi inter plures, vilem tandem reddunt dignitatem, & quam
plurimas familias ad nihilum reducant. Unde hæc intuens

(c) *Camer. c. 88. de Li.*

(d) *bid. Regn.*

(e) *l. 2. c. 7.*

(e) *p. 309.*

(e) *Grot. l. c. 5.*

Justin. 21.

CA-



CAROL IV. Cæſ. ita decernit (f) Principatus congruit in ſua integri-
 te ſervari, ut corroboretur Juſtitia, & ſubjecti fideles pace gaude-
 Aur. Bull. ant & quiete, multò magis magnifici principatus, dominia, honores,
 cap. 25. & jura Electorum Principum debent illa ſervari. Nam ubi ma-
 jus incumbit periculum, majus debet remedium adhiberi, nec colu-
 mnis ruentibus, baſis totius aedificii collidatur. Sereniſſ. quoq; JULIUS Dux

g)
 Springsf.
 de Apan.
 p. 104.
 Brunsvicenſis Primogenituræ juſtamento renovaturus hujus
 facti has reddidit rationes. (g) wir haben mit Fleiß angeſehen
 und erwogen / das ſolche Ordnung / Pactum und Statutum
 den rechten gemäß / auch in vielen Chur- und Fürſtlichen /
 ja andern höhern und niedrigeren Häuſern / auſſerhalb und
 in Reich / der gleichen gebräuchlich / und darzu uns und uns-
 fern Erben / und ganzen Stamme / Landen und Leuten diß
 ganz fürträglich / auch zu allen beſten und auffnehmen ge-
 meinet / gereichen thut: Sintemahl aus vertheilung und
 zerreiſſung der Lande und Leute gemeiniglich unfried / uneis-
 nigkeit und Krieg / auch endliche zerrüttung und untergang
 der geſchlechter herfließen / in maßen ſolches nicht allein viel
 auswertige Hiſtorien / ſondern auch unſerer Hochlöblichen
 vor Eltern geſchichte / und Exempel leider ſelbſt gnugsam
 bezeigen. Eadem de Cauſa Jus Primogenituræ in Cæſis. do-
 mo Haſſiaca introductum eſſe, confirmatio hujus Pacti à D. FER-
 DINANDO II. facta, docet. Nec negant hoc illi etiam principes,
 quibus terrarum diviſio placet. ut patet ex teſtamento Pater-
 no Sereniſſ. JOHANNIS WILHELMI. (h)

(h)
 Springsf.
 ſeld l. 6
 p. 118
 §. 13. Docet hoc etiam FRANCIE REGNUM, in quo primogeni-
 tum ſuccedere ſupra diximus. Hoc enim etſi, ſi ſtatum ejus pu-
 blicum ſpectes, hodiè facilè fit florentiſſimum, minimè tamen
 eſt, cur hanc rem tantopere admiremur, quum tantâ multitudi-
 ne abuudet Gallia, ut ſuperiori ſeculo ſub Carolo IX. 20. & am-
 plius milliones numerati fuiſſe dieantur. Ingens etiam eſt
 Nobilium numerus, qui etſi, ut eſt genius populi, æquè ad no-

vos motus excitandos , atq; ad publicam salutem promovendam proni sint, à prudenti tamen & forti Rege ita coërcentur, ut cum in suos non possint, in externos sævire gestiant iniqua ingenia. Unde videas in expeditionibus Gallorum, inprimis quando ipse Rex suo ductu bellum gerere constituit, tantam sæpè numero Nobilium volonum manum, ut multis domum redeant, Rex necesse habeat mandare. Ingentes præterea sunt regni divitiæ, quæ ex ditionibus amplissimis & undiq; conjunctis accipit, quibusq; omnes ferè post se relinquit Europæ Reges (h) Quibus rebus cum absoluto ferè Imperio unus Rex præsit, nemo non videt, eum & prudentia & fortitudine, rerum suarum florentem facile reddere posse statum.

b) Georg.
Horn. Orb
Pol. P. 1. p.
21.

§. 14. Amplissimum *Francorum Regnum* dico *unicum* tantum experiri *principem*. Norunt enim ex suis Annalibus Galli, quantum calamitatum regno suo divisio inter *Clodovai, Clotharij I. & Ludovici pij* filios facta attulerit, & propterea in *Regno jam Individuo* Primogenitus succedit, ne eodem inter plures diviso, contra se invicem postmodum insurgant Principes, vel Regni potentia distraharur, & sublata concordia, dum singuli pugnant, universi tandem vincantur. Vix sane à *Francis* in Gallia sedes *Normanni* obtinere potuissent, si juventutem & Nobilitatem, quæ ferali isto inter *Ludovici Pij* filios dissidio cecidit, barbarorum horum furori opposuissent.

§. 15. Respexerunt hoc Principes, qui licet ditiones suas inter filios distribuerint, *Primogeniti* tamen ad familiæ, & dignitatis splendorem eò feliciter conservandum, inprimis rationem habuerunt. Ita Sereniss. Elect. Saxonæ JOH. GEORG. I. Glorios. memor., licet divisionem ducatum & ditionum inter Sereniss. Filios Duces Sax. Testamento instituerit, plures tamen SERENISSIMO PRIMOGENITO ELECTORALIS DIGNITATIS HÆREDI, JOHANNI GEORGIO II. PIO, ET FELICI, Dn. nostro Clementissimo, Cui multos Annos DEUS largiatur, attribuit

B

addi-

ri-
de-
es,
na-
olu-
Dux
jus
hen
m
n/
nd
un-
dis
ge-
nd
neis
ang
viel
hen
sam
do-
FR-
ipes,
ter-
eni-
pu-
nen
udi-
am-
a est
no-

vog



addita ratione : Und ob gleich dieser Theil denen hernach folgenden etwas ungleich scheinen möchte / so haben wir doch darbey betrachtet / daß der Chur-Würde / wegen der ihr obliegenden grossen Spesen und benöthigten Unkosten

(i) Sprenger Lucerna p. 125. billig ein sonderbahrer Vorzug zu gönnen (i) Interdum etiam ab initio quidem terrarum facta fuit divisio, quando scilicet divisiones satis amplæ fuerunt, sed postmodum, ne nimia divisione eadem minuerentur, introducebatur Jus Primogenituræ,

(k) de Apan. c. 3. p. 49. quod de Domo Palatina tradit Springsfeld. (k) de Ducatu Megapolitano idem asserit Sprenger (l.)

49.

(l) Lucern.

p. 272. seqq

§. 16. Cæterum cum Salute publica ita nonnunquam requirente, uni tantum Summa Rerum committi soleat, cur reliquis exclusis *Primogenitus* dignitate hac gaudeat, & annon reliqui fratres de injuria conqueri possint, merito quæritur. Observandum autem hic, quod quædam Imperia jure belli sint hæreditaria, quale est Imperium Turcicum, in quibus omnia liberæ Principis potestati, populi verò voluntati, & libero consensui nihil fuit relictum; In aliis verò Regnis, consentientibus, imò & sponte sua petentibus subditis, successio est introducta, v. c. in *Dania*, (m) *Svecia*. (n) In his & in illis *Primogenitus* succedit sine reliquorum injuria, sed non *utrinq;* est par ratio. Illud manifestum est. Cum enim Regnum, ut constat, Individuum sit, unus tantum ex filiis in Regno succedere potest, hic autem est *Primogenitus*, quia ejus jus ad successionem est prius, antiquius jure reliquorum fratrum, ceu natu minorum, & hinc etiam potius; quamprimum n. nascitur jus hoc filio accipit, ut in bona paterna succedat; quod deinde extenditur, si plures nascuntur filij, juxta naturam rerum & bonorum, quæ sub hæreditatem cadunt. Unde, quia Regnum est res individua, quæ inter omnes fratres commode & salutariter dividi nequit; sicut filius natu maximus prior est jure, ita solus jus hoc tanquam rei individuæ retinet, reliquisq; fratribus exclusis, patrium conscendit

(m) Bor-

goldens. dis-

curf. ad

Instrū. pac.

Monaster.

pag. 118.

[n] Loccē.

hist. Suec.

in Gust.

solium. Præterea in Republica ordo est observandus. Nihil autem magis naturale & usitatum est, quam ut inter æquales ordinem faciat ætas, secundum Nobiliss. Dn. Becler. (m) Aliam ratio. (m) Commemorem reddit Celeberrimus Conring. (n) quia, nisi id fiat, ut Primogenitus succedat, in incerto est successio, & obnoxia certaminibus. 2. p. 308. in Grot. l. intelligendum autem hoc est de Primogenito Imperij incapace, (n) Diss. de Regno & si enim Imperij incapax est, ut ab ejus regimine salutis publicæ detrimentum timendum sit, satius esse judicamus, Primogenitum à regno excludi. Tyr. §. 77. Naturalis verò impotentia ad generandos liberos non videtur esse causa sufficiens ad Principem, quoad cætera regnandi peritum, ab Imperio excludendi, vel etiam deponendi, prout nuper in Portugallia regno Alphonso Regi hoc nomine accidit. Potentia enim liberos generandi non pertinet ad requisita Principis. Grot. (o) quando rationem, quare (o) de l. B natu maximus præferendus sit, hanc reddit, quod is judicio aut & P. l. 2. c. perfectior jam esse, aut prius futurus creditur, huc etiam collimare videtur, quod primogenitus non simpliciter, sed qui regni capax est, succedere debeat. quando verò jus suum exercere non potest, tum ne Respublica detrimentum capiat, necessario illud alteri cedere cogitur. [π]

§. 17. Jus hoc filio natu maximo in Principatibus, qui pleno modo possidentur, & hæreditate transmittuntur, etiam obtingit Testatoris dispositione, seu voluntate, si is Testamento primogenito successorem in Imperio destinat. Ita Albertus Bavaria Dux, Anno 1578. confecto Testamento, jus Primogenituræ introduxit; (p) quod etiam eodem nonnunquam renovatur, ut ex facto Julij Ducis Brunsvicensis patet. Ubi verò nulla intercessit Testamenti sanctio, sed consuetudo ita obtinet, ibi, quando constat, à solius principis voluntate facultatem constituendi successores suspensam esse, pro Primogenito præsumtâ Patris voluntas militare videtur, qui receptam hanc consuetudinem succedendi non immutans, eam approbasse præsumitur. Unde apud Livium (q) Persens ad morem Macedoniae

[π] Conf. Aur. Bull. Carol. IV. art. 25. n. 2

(p) Springsf. de Ajax. c. 5. p. 102.

(q) lib 40 c. 9.

B 2

vetu.



verum, & patri, hanc consuetudinem non immutantis, iudicium, contra fratrem provocat.

§. 18. Fit etiam ut *Lege* alicujus *Imperij*, vel *Pacti* quoque; (r) *de Ci.* Primogenitus solus succedat. Putat *Frideric. Horn.* (r) quidem *Tit. L. 2, c. 9* In omni tali successione, ubi Primogenitus succedit, latere quandam *Electiorem*, & *successoris constitutionem*; sed merito ab *Hornio* hic recedimus. Ubi enim populi bello subacti, qui clementiae *Victoris* vitam suam & omnia debent, v. c. in Imperio *Turcico*, hodiernoque; *Tartarico Sinensi*, semel successorem primogenitum vel postularunt, vel etiam postulare potuerunt. Nunquam etiam patri, qui absolutum de successore constituendi potestatem habet, *successoris constitutionem* *permittere* potuerunt. Sed illi coguntur recipere, quemcunque; princeps in sui locum succedere vult. Id tamen verum est, nonnunquam *Lege Imperij*, pro-

(s) *Gol. de* ut supra vidimus *Aurea Bulla* in *Electoibus Laicis* jus primogeniturae introductum esse. (s) Vel etiam *Pacti* de Primogeniturae inter Principem, populum, & alios, quorum *Major. l. 2. c. 19. 20. seq.* interest, provisum esse. Cujus vi principis & populi voluntas ita colligatur, ut se adstringant invicem ad Primogenitum in

(t) *Springsf. l. c. p. m. iii.* solium regium collocandam. (t) In nostro *Imperio Germanico*, ut conventio eo magis valida & stabilis sit, confirmatio Imperatoria accedere solet. *Besold.* (u) Ita *Carolus V.* pactum juris Primogeniturae inter *Henricum & Guilhelmum* fratres, *Ducibus Brunsvicensibus*, diplomate Caesareo confirmavit; quali etiam

(u) *Nomicop. l. i. diff. 6. n. 12.* *Ferdinandus II. Cæs.* Pactum simile *Illustriss. Hassia Landgraviorum* Anno 1628. munivit. Eundem Imperatorem etiam voluntate sua, & investitura jus primogeniturae introducere posse,

(x) *l. c. p. 100.* tradit *Springsf.* (x)

§. 19. Ubi verò sine expresso ejusmodi statuto, *Consuetudine* tantum, jus primogeniturae observatur, ibi illud *praesumptae* *populi voluntate*, nisi omnia à sola principis ipsius liberrima potestate dependeant, niti videtur. Explicat hanc *Nobiliss. Dn.*

(y) *Comm. in Hug. Boecler.* (y) *Voluit*, inquit, *populus* *successionem in Regnum fieri*

Grot. l. 2.

c. 7. p. 308.

in fami-

in familia; ergo voluit aliquo ordine fieri, ut in diversis gradibus, ita in uno gradu. quis ille ordo? ut inter filios, quorum prima sors est, primus succedat, i. e. Primogenitus; Cui enim in ordine constituendo alius praferatur, nulla ratio communis, & in summa dari potest.

§. 20. Durum eqvidem Jus hoc πρωτογονείας respectu reliquorum fratrum alicui videri possit, cum & titulo ditionum paternarum nonnunquam abstineant, imò abstinere debeant, (z) tantum tamen abest, ut aliquam injuriam illud involvat, ut secundum multos Juris divini, imò etiam Naturæ & Gentium sit, quod tamen simpliciter non concedendum esse videtur. Juris divini simpliciter non est, ut Primogenitus in regno succedat. Etsi enim huic divino mandato singularis prærogativa debebatur, quæ in successione Regni quoq; ordinariè non negligebatur, cum ipse Salomon 1. Reg. 2, vers. 22. regnum ad Adoniam fratrem pertinere confessus fuerit. Nullum tamen universale decretum, in omnibus Regnis hæreditarijs primogenitum successorem constituens, extat. Sed evincitur hoc tantum, juri naturali hanc natu primi prærogativam valdè consentaneam esse. (a)

(z) Besold. disp. de Reg. succ. dis. 5.

a) Boecler. l. c. p. 316.

§. 21. Non etiam jure naturæ Primogenitus ceteros in successione antecedit, si de Jure naturæ accuratè loqui velimus. Etsi enim naturali ratione svadente populi in primogeniti successionem consenserint, quo sensu & Betsius (b) Jus primogeniture naturale vocare videtur, eam tamen non præcipit. Jus verò naturale dicitur aliquid faciendum vel omittendum esse cum obligatione, & imperio. Legis huius, inquit, Robert Scharrock. (c) effectus est: Homines admonere, quid faciant vel omittant, damnare vel absolvere: generatim quid bonum, quid malum, æquum & iniquum, honestum & turpe, eoque quid prosequendum & vitandum sit, universaliter omnes docere. Sed non peccat contra jus naturæ pater, nec malum quid, turpe & iniquum committit, si salute publica ita requirente, minorem natu tan-

(b) de Pact. Illust. c. 8.

(c) de Offic. I. Nat. c. 2. n. 4. p. 90.

B 3

quam



quam fortiorem regni constituit successorem, uti *Henric. I. Cæs.*
 (d) *Avent. Ottonem I. minorem fratri Henrico præposuit.* (d) *Proprium*
Annal. Bo. juris naturæ est: Immutabile, omnibus hominibus commune,
jur. l. IV. evidentissimum esse; successio verò neutiquam ita sese habet,
 cum contraria sæpè obtinet praxis, etiam in Germania no-

(e) *Spren-stra.* (e)

ger.) Lu- §. 22. *Gentium Juris* an sit, altioris est indaginis. Affir-
cern. Mod. mat *Arnis.* (f) Negant alii. Etsi verò, si quis per *Gentium Jus* gen-
Stat. Imp. tium morem & consuetudinem intelligat, primogeniti successi-
Rö. p. 254. onem hujus juris esse negari minimè possit; propriè tamen Gen-
ad. p. 112. tium Juris eam non esse existimamus. Sicut enim jus naturale
 (f) *Relekt.* omnium est hominum, ita *Gentium jus* omnium populorum, &
Pol. l. 2. c. sicut naturali jure homines, qua homines, erga se invicem obli-
 21. 35. gantur, ita *Gentium jure* omnes gentes, etiam barbaræ, erga se
 invicem obstrictæ tenentur. Necessarium enim *Juris Gentium* re-
 quisitum hoc esse putant alii, ut omnib; gentibus sit commune,
 omnes ex æquo concernat, omnes pari vinculo alliget. Vis enim
 juris, si verum jus audit, in obligatione consistit. Omnes
 ergò populos *Gentium jus* respicit, seu ab illis recipiatur,
 seu non; quemadmodum enim præcepta *Legis naturæ* talia esse
 non desinunt, etsi non observentur, ita *Gentium jus* tale manet,
 omnesq; Gentes aut ad observantiam aut ad pœnam obligat.
 Sicut itaq; ob *legis naturæ* transgressionem puniuntur homi-
 nes, ita ob non observatum & læsum *Gentium jus*, pœnæ populi
 subjacent. At non omnes Gentes obligantur ad *Primogenitu-
 ræ jus* observandum. Non respicit hic mos Gentes, quatenus
 cum aliis *Gentibus* aliquid commercii habent, sed civitatem in
 se consideratam; non læditur contrario facto alius populus,
 quod semper tamen in *juris Gentium* transgressionem accidit,
 cum versetur circa actus publicos, qui *Gentibus*, quatalibus, in-
 tercedunt. Omnis etiam secundogenitus foret illegitimus
 Princeps, & quoties hoc fieret, toties contra *Jus Gentium* pec-
 caretur.

§. 23. Quamquam verò ita *Primogenito* reliqui fratres
 suc;

231.

successionem in ditionibus ac regimine relinquere teneantur, naturali tamen æquitate hic etiam obligatur fratribus suis prospicere. Nimis enim iniquum & crudele est fratres interficere, ut *Turcarum Imperatores* in more positum habent, qui exemplum *Bajazet* I. secuti, imperium à Parricidio auspicuntur; (g) quo facto tyrannico alii etiam solium suum confirmare sategerunt. Ita *Attila* rar. *Hor.* suis manibus fratrem *Budam* interfecit. *Berdebocus* Rex *Tartarorum* duodecim: *Saphadinus* octo, vel, ut alii volunt, decem, dit. 88. ex *Saladino* fratre nepotes trucidavit. (h) Maleq; audit hoc nomine *Dominicus de Soto* (i) Quod primogenia instituentes agricolis l. 19. Vicē prudentibus similes esse, dixerit, qui arbori & viti mitiores ramusculos circumcunq; amputant, ut præcipuum germen in se sequeruncum excreseat, apud *Arnis.* (k) & merito, siquidem hoc simili parricidia excusatum ivit; cum, ut benè *Justinus* (l) loquitur, *Iust.* & *Ju.* in parricidio nulla satis justa causa ad scelus patrociniū prætexere q. 5. art. 1 possit. Et verissimum est iudicium *Senatus Polonici* ad *Uladisl.* (k) L. 1. Rel. II. Regem, fratres necare volentem: *Magis se. consultum esse Rei. Pol.* c. 2. publicæ, si plurium ea consiliis & armis conjunctis defendatur, quam secl. 9. n. 1. si ex unius iudicio, & propugnatione dependeat. Non posse com- (l) l. 16. mode unum omnia prospicere, nec ad omnes regni partes suis opem *Hist.* c. 1. ferentem pariter accurrere, nec omnia per se munia Principatus obire. Quod si *Vicariâ* cujusquam opera utendum sit, magis fidum, magisq; benevolentem esse fratri fratre, quam extraneum. (m) (m) *Cro-* Nimis etiam impium est fratres vel *carceribus* includere, quod i- mer. l. 6. tidem *Turcarum Imperatorem*, antequam filium ex uxore suscepit, hodiè facere constat; quibus non absimiles sunt *Reges Æ-* *in Ulad.* II *thiopum*, qui in monte *Anga* filios suos, & consanguineos perpetuis custodijs continere, quam parricidia committere malunt. (n) *ref. Hist. Æthiop. f.*

S. 24. Omnino autem tenetur Primogenitus, si in locum parentis succedit, alimenta, aut alia bona fratribus assignare, secundum facultates, & ut persona sua familiaq; dignam vitam agere possint, sororesq; dotare, etiam quando ejus arbitrio *Apaganij* quantitas relinquatur. Ita enim illud, uti *Doctiss. Springsf.* l. c. n. 10. rursum loquitur, (o) regulatum esse debet, ut in assignando *Apaganio* c. 8, n. 22.

232

QX
TK
2780

magio fratrum post genitorum dignitas ac Reputatio eorum servetur, ne tenuitate provisionis matrimonium impediatur, vitæq; dissoluta, & peccatis inquinata occasio praebeat, ne similtas ac odium inter ipsos oriatur. Quicumq; erga Primogenitus in tali hæreditario & individuo regno succedit cohæredibus tenebitur pro ipsorum partibus

(p) Grot. estimatione recendere, si & quatenus id fieri potest. (p) Etsi n. regnum de J. B. & individuum uni tantum conveniat, & proinde accuratè loquendo P. l. 2. c. 7. nullos cohæredes admittat, (q) quia tamen lege naturæ genitis a-

q) Boecler. limenta debentur ab iis, à quibus descendunt; hinc si patrimonie Annot. ad um aliquod à regno distinctum supersit, illo, si quidem sufficiens Grot. l. c. est, cum ad eos spectet, cohæredibus prospici debet. Sin verò il-

lud non sufficit, memorem se æquitatis, & humanitatis præstabit primogenitus sublevando, quos diximus, in quantum vires & na-

r) Boecler. tiones regni ferre queant, (r) fratribusq; Apanagium constituet, l. c. p. 292. sororesq; dotabit, etsi statutum, vel etiam consuetudo id non ex-

(s) Spring primat. (s) Uade Carolus IV. (t) vult primogenitum apud alios fra- Apan. c. 4. tres & sorores se clementer & piæ exhibere continuo, juxta sibi à n. 17. Deo datam gratiam, & juxta suum beneplacitum, & ipsius patrimo-

[t] A. B. C. nij facultates. Licet verò, consuetudine etiam, vel statuto defi-

25. ciente, ex jure naturæ primogenitus hoc facere debeat, tamen (u) Sprenger. Lu. cum, si in ejus arbitrio, quantum fratribus dare velit, relictum est, facile dissidia & lites exoriantur, melius est, si judicio aut cern. p. 126. Testamento decessoris ad eos sublevandos aliquid constituatur,

(x) pro viribus & ratione regni. Id quod etiam haud raro factum esse constat. (u) Quomodo vero alimenta post genitis, in nostra Germania imprimis, constitui soleant, tradunt Generos. Dn. à Seckendorf. (x) & Sprenger. (y)

II. c. 2 p. 23. (y) l. c. p. 601 **S**ic WIGNERE tuis nunc consulis Optime rebus, Dum studiis Juris præmittis talia dextre, Quæis sine CONSULTUS vix quisquam JURIS habendus, Perge, Deus studio largè benedicat utrique.

Optimi Patris Filio optime spei, Philos. Pract. & LL. Studioso industrio gratul. scrib. mente manuque WERNER THEODORUS MARTINI, D. P. P. Ser. Elect. Sax. à Consil. Appellat.

107
210

218



ECNA
ANA

